Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



nos

suam. Et robustus corde mercedo
res fugiet nudus in die illa dicit
dominus deus. III

Audite verbum quod locu
tus est super nos dominus
filii israel super omnem cog
nationem quam edixi de terra egip
ti dicens. Tantum vos cognovi
de omnibus cognationibus terre
propterea visitabo super vos iniquita
tes vestras. Numquid ambulabit
pariter duo nisi eis convenerit. Et
numquid rugiet leo in saltu ubi habe
rit predam. Numquid dabit catul
leonis vocem suam de cubili suo nisi
aliquid apprehenderit. Numquid cadet
avis in laqueum terre absque aucupe
numquid auferetur laqueus de
terra antequam quid cepit. Si clan
get tuba in civitate et populus non ex
pavescet. Si erit malum in ciu
tate quod dominus non fecit. Quia
non faciet dominus deus nisi reve
lavit secretum suum ad servos
suos prophetas. Leo rugiet quis
non timebit. Dominus deus lo
cutus est quis non prophetabit.
Auditum facite in edibus azoti et
in edibus terre egypti et dicite. Congre
gamini super montes samarie
et videte insanias multas in me
dio eius et calumpniam patientes
in penetralibus eius. Et nescierit
facere rectum dicit dominus the
sauri iniquitatem et rapinam
in edibus suis. Propterea hec dicit
dominus deus. Tribulabitur et
circumdabitur terra et detrahetur ex te
fortitudo tua et direpientur ex re
des tue. Hec dicit dominus deus.
Quomodo si eruat pastor de ore leonis
duo crura aut extremum auricule
sic eruentur filii israel qui habitant in
samaria in plaga lectuli et in damasci
grabbato. Audite et contestamini in
domo iacob dicit dominus exercitu
um. Quia in die cum visitare cepe
prevaricationes israel visitabo super eum
et super altaria bethel et amputabuntur
cornua altaris et cadent in terram et
percutiam domum hyemalem cum
domo estivali et peribunt domus e
burnee et dissipabuntur domus e
multe edes dicit dominus. IIII

Audite
verbum hoc vacce pingues
que estis in monte sa
marie que calumpniam facitis e
genis et confringitis pauperes
que dicitis dominis vestris. Afferte
et bibemus. Iurauit dominus deus
in sancto suo quia ecce dies venient
super vos et levabunt vos in contis
et reliquias vestras in ollis ferven
tibus. Et per turas exibitis altera con
tra alteram et proiecemini in armon
dicit dominus. Venite ad bethel et
impie agite ad galgalam et multi
plicate prevaricationem. Et offerte
mane victimas vestras et tribus
diebus decimas vestras et sacrifica
te de fermentato laudem et vocate
voluntarias oblationes et annunci
ate. Sic enim voluistis filii israel dicit
dominus deus. Unde et ego dedi vob
stuporem dentium in cunctis urbib

133